



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

6. An mulieres esse possint executrices testamentariae. Ex quo infertur, an mulieres possint pro alio intervenire, vel Procuratrices existere. Ex p. 8. tr. 5. res. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

RESOL. III.

An mutus, & furdus possint esse Executores testamenti? Ex p. 5. tr. 6. Ref. 28.

§. 1. Negatiue respondeo cum Angelo ver. executor, n. 2. Syluester, ver. testamentum 2. q. 1. dist. 5. & Sanchez in opusculo. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 40. n. 12. vbi finitur, quod nec mutus, nec furdus possint esse executores testamenti.

RESOL. IV.

An serui possint esse Executores testamenti? Ex p. 7. tr. 7. Refol. 42.

§. 1. Negatiue respondet Sylu. verb. Testamentum 2. q. 1. dist. 5. Angelus ver. executor. n. 2. & alij. At verius est posse, quia ea, quae sunt nudi ministerij, & facti, quale est hoc munus, possunt per seruum adimpleri. Idem quia spiritualia, & pietatis opera, quale est hoc, cadunt in seruum, si aliqui, vt refert Syluester, & probat late Spino, gl. 28. n. 33, & 34. Sanchez in opusculo. 10. 2. lib. 4. c. 1. dub. 40. n. 13.

RESOL. V.

An serui possint eligi in Executores testamenti? Ex p. 8. tr. 5. Ref. 3.

§. 1. Affirmatiue respondet Cardinalis de Lugo, de iust. tom. 2. disp. 24. sect. 6. n. 324. & ante illum Sanch. in opusculo. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 40. n. 13. vbi sic ait: Licet de seruo teneant Syluester, Anchar. & Angel. ibi, & Bald. quem refert Spino, non posse esse executores testamenti: verius est posse, quia ea, quae sunt nudi ministerij, & facti, quale est hoc munus, possunt per seruum adimpleri. Item, quia spiritualia, & pietatis opera, quale est hoc, cadunt in seruum. Sic aliqui, vt refert Sylu. & probat late Spino, gl. 28. n. 33, & 34. ita Sanch. quem ego adduxi in part. 7. tr. 7. ref. 42. cui adde etiam Iacobum à Canibus de execut. vlt. volunt. part. 1. n. 47. E contrario tamen Bald. in l. id quod pauperibus. n. 3. C. de Episcop. & Clericis, Ancharanus in c. fin. de testam. in 6. n. 1. vers. sed cum Monachi, Ioan. de Imola in Clementina unica, de testamentis. n. 23. patrem negatiuam tueritur.

2. Sed has sententias ita absolute prolatas non approbo: Primam Sanch. quia executoribus non solum ea, quae sunt facti, & nudi ministerij, relinquuntur, sed etiam quae ad arbitrium, iudicium, & ius competunt, quae vero seruo haud quaquam permitta sunt. Secundam Baldi ex eo quod seruus quo ad ius civile nihil attinet, quorum sententia etiam indistincte proposita vera non est, cum seruus ea quae facti, & ministerij nudi sint, exequi valeat.

3. Vnde ex his Carpius de execut. test. l. 1. c. 13. n. 29. hanc difficultatem duabus conclusionibus explanat. Prima, quod in his, quae in facto, & ministerio nudo consistunt, serui executores testamentorum esse possunt, iuxta quam conclusionem accipienda est tantummodo Iacobi à Canib. & Doctoris Spini sententia, alias enim indistincte proposita vera, nec sufficiens est. Et ita intelligendus est Eminentiſſimus de Lugo. Secunda conclusio in his quae ad arbitrium, iudicium, & ius pertinent, seruus à non domino executor, & commissarius constitui nequit. Et iuxta hanc conclusionem sententia negans Baldi, Anchar. & Ioan. de Imola intelligenda est; non vero iuxta terminos primae conclusionis.

Tom. VI.

RESOL. VI.

An mulieres possint esse Executrices testamentariae? Ex quo inferitur, an mulieres possint pro alio interuenire, vel Procuratrices existere? Ex p. 8. tr. 5. Ref. 4.

§. 1. Negatiue respondent aliqui, eò quòd mulier executrix deputari non possit: quia non habet personam standi in iudicio tanquam procuratrix quod tacite supponit ad huius officij executionem: sequitur glossa verb. ad liberos, in l. i. uel. l. ff. de uelis, ibi: & commissaria, dum se refert ad praecitatum glossam verb. Religiosus, Speculator, tit. de instrum. edit. vers. nunc vero aliqua. n. 76. Huius sententiae fundamentum sumitur ex Vlpiano in l. femina, ff. de regul. iur. vbi ait: Femina ab omnibus Officiis civilibus & publicis remota sunt, & inde inferit: quòd non possunt, nec pro alio interuenire, nec procuratrices existere, l. neque femina §. 4. ff. de procur. l. 1. §. secundo, vers. 6. ff. de postul. o. mulieres, de iudicis, l. 6. l. alienam, C. de procur. vbi Imperatores Diocletianus & Maximianus in hac verba: alienam suscipere defensionem virile est officium, & vitra sexum muliebrem esse constat.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam tenet Vadingus tr. de contrall. disp. 4. dub. 13. §. 1. n. 1. Sanchez in opusculo. tom. 2. l. 4. cap. 12. dub. 49. n. 5. vbi citat 14. Doctores & patet ex leg. a filio, in princ. ff. de alimentis, & cibariis legatis, ibi: Matio infanti alumno meo, quadraginta dari volo: que, peto à te suscipias Seia, & esuras et quincunces, in annum usque vicesimum aetatis praestes, eumque suscipias, & tuearis. Ex quibus verbis Bartolus ibi deducit summarium hoc: Mulier potest esse executrix in testamento; sequuntur eum Baldus in l. id quod pauperibus, 2. columna, C. de Episcopis & Clericis, Philippus Decius conf. 91. n. 1. vbi absolute ait, non esse dubium quòd mulier officium executoris suscipere possit.

Sed ex hac doctrina quòd mulier possit esse executrix testamentorum oritur magna difficultas. Ideo quaero.

RESOL. VII.

An executio à testatore propriis fratribus relicta, censeatur sororibus iniuncta? Et an mulier nupta nominari possit à tertio Executrix, & Commissaria testamentaria? Ex p. 8. tr. 5. Ref. 5.

§. 1. Negatiuam sententiam, ob imperfectum sceminarum consilium, tradit Iason in l. ex facto, col. pen. ff. de vulg. Decius in d. l. femina, numer. 121. de reg. iur. ff. & (eo non relato) Couarruu. in cap. tua, de testam. num. 3. in fin. Molina d. num. 14. Quam sententiam limitat eo casu, quo testator vnum tantum fratrem masculinum haberet, nam tunc nomine fratrum, in plurali, sorores comprehensa etiam conferentur, quam limitationem sequitur nouissimè Cardinalis de Lugo de iust. tom. 2. libr. 1. capit. 7. numer. 314. vbi sic ait. Quando tamen aliquis suos fratres executores nominat sui testament. non intelligitur nominasse sorores. l. vlt. Cod. de legat. iur. quod tamen puto non procedere, quando testator habebat duos solos, vnum fratrem, & vnam sororem, tunc enim sub fratribus in plurali comprehensa videretur soror. Ita Lugo; & ante illum Sanchez in opusculo. tom. 2. lib. 4. c. 1. dub. 40. n. 7.

2. Sed non desinam hic adnotare, nouissimè de dicta opinione valde dubitare Carpius de execut. test. libr. 1. capit. 7. numer. 135. & idèd contra Lugum putat.

P p 2 appella